E83998 Z. I. 123871

D. O. M. A.

AVTHORITATE ET CONSENSV NOBILIVM, MAGNIFICORVM, CLARISSIMORVM, VIrorum,

Spectabilis Domini Decani, Dominorum Seniorum, Sac: Cæſ: Majeſtatis, &c. Conſiliariorum: adeoque totius Ampliſſimi Iuriſconſultorum Collegij in Archigymnaſio Vienenſi ſubſcriptas Concluſiones, *ex aſſignata ſibi l. Contra majores C. de Inoff. teſtam.* cum adjuncta quæſtione Canonica repetitionis ergò publice diſcutiendas proponet.

GEORGIVS PERGER I.V.D.

Concluſio I.

LIte pendente in vno judicio non currit præſcriptio in alio judicio quod non poterat intentari illo priori pendente.

II.

QVia non negligenti non currit præſcriptio.

III.

HInc majores XXV. annis ſuccumbentes in accuſatione teſtamenti de falſo, non prohibentur agere querela inofficioſi.

IIII.

ET perinde eſt, ſive teſtamentum vt falſum, ſive vt nullum, aut alias imperfectum, impugnaverint.

V.

POteſt etiam vtraq; actio in libello ſimul proponi, & tamen vna non tollit alteram.

VI.

QVod adeo verum eſt, vt etiam ſententia abſolutoria lata in primo judicio non pariat exceptionem rei judicatæ in reliquo.

QVÆSTIO CANONICA.

Deſumpta ex c. officij ext. de Teſtam.

CVm Epiſcopo de relictis Eccleſiæ debeatur legitima: Quæritur An ſi minus legitima in teſtamento illi relictum ſit, poſſit agere querela inofficioſi? vel vtrum debeat teſtamentum dicere nullum? aut agere ad ſupplementum legitimæ?

Diſputabuntur in Collegio I.C. die 22 Januar. hora 1. pomeridiana.

VIENNÆ AVSTRIÆ,

Ex Officina Typographica GREGORII GELBHAAR, in Contubernio Agni, ANNO M.DC.XIX.